



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.


VD18 13723553

Appellatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)

in Laureto de Franchis inter Decreta Sacrae Congregationis. In qua tamen Constitut: Urbani non comprehendi Religiosos Societ: post vota simplicia dimissos Sacra Congr. declaravit die 11. Febr. 1662.

Vide verbo *Professi* §. 2. Et de nullitate matrimonii, si quis contrahere attentet, vide verbo *Matrimonium*.



APPELLATIO.

§. 1.

*Non licet appellare à correctione
Societatis.*



On licet à correctione Regulæ Societatis secundum Ordinationes ejus factæ, appellare: & appellatio per nullum Judicem admitti potest. PAULUS III, pag. 10.

§. 2.

*Non licet appellare ab Institutis, &c.
etiam ad Pontificem, sine licentia
ejusdem.*

Privilegio concessò Canonicis Sancti Salvatoris, nulli de Societate ab Institutis,

tis, Ordinationibus, correctionibus, & mandatis Congregationis Generalis, aut aliorum Superiorum, ad quemcumque, etiam ad Summum Pontificem & Sedem Apostolicam, nisi de speciali Summi Pontificis licentia appellare licet: appellationesque desuper pro tempore interpositæ, & inde secuta irrita habentur. Plures Pontifices per Bullas concesserunt Benedictinis S. Justinæ. Eugen. IV. Bullâ datâ pridie Kal. Jul. 1436. Incipit: *Regularem vitam: est* 9. in Bull. Regul. n. 1. & Greg. XIII. datâ 17. April. 1574. Incipit: *Nihil in unaquaque.* in Bull. comm. in n. 6. & Canonicis S. Salvatoris Julius II. dat. 2. Aprilis, 1512. Incipit: *Inter ceteros: est 30.* in Bull. com. n. 12. & Olivetanis Idem dat. 4. Junii 1507. Incipit: *Etsi ad universos: est 12.* ibid. in n. 8. & Camaldulensibus LEO X. dat. 2. Jul. 1513. Incipit: *Etsi à Summo.* est 2. ibid. in. num. 10. Et per privilegium concessum Ordini Prædicatorum à Julio II. per Bullam authenticatam, ut refertur in Comp. Minor. V. Appellare n. 3. & in Summario Privilegiorum Ordinis Prædicatorum, Romæ impresso 1670. pag. 84. dat. 18. Mart. 1505. Incipit: *à fide dignis.* Nostri nequeunt appellae à mandatis, & Ordinationibus Superiorum Societatis. Judices vero districte prohibiti sunt, appellationes hujusmodi recipere, aut illas

illas cognoscere, sub poena excommunicationis; & quicquid secus attentari contigerit, irritum est, atque inane. Et per aliud Cisterciensibus in Lusitania concessum per Bullam à Clem. VIII. & habetur in Libro Privilegiorum ejus Congregationis, nostris sub excommunicatione ipso facto interdicitur appellare, nisi à Prelatis Ordinariis ad Generalem Præpositum, & ab hoc ad Congreg. Generalem: à qua, non nisi in casu injuriæ, ad solam Sedem Apostolicam appellare licet.



BENEDICERE.

§. I.

Præpositi & Rectores possunt benedicere Ecclesias, & in usum Societatis tantum.



Er facultatem Minorum de Observantia, possunt omnes Præpositi ac Rectores Cœmeteria, & Ecclesias, & Orationis Societatis, pro ejusdem Societatis usu tantum, solemnni benedictione benedicere. Concessit LEO X. per Bullam, datam 3. Febr. 1514. Incipit: *Religionis honestas: 6. in Bull. Regularium.*

Hac